



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dispositio Et Perioche Historiae Evangelicae Per IIII.
Euangelistas contextæ, necnon Actuum apostoloru[m],
Epistolaru[m] quoq[ue] Pauli XIII. & Canonicaru[m] VII.**

Bullinger, Heinrich

Tigvri, 1553

VD16 B 9605

Liber V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35634

quationibus, minis, disputationibus, rixis, conuitijs atq;
calumnijs huius mundi unice ad Christum ac infallibile
huius uerbum euangelij ceu unicam in procelloso ponto
Cynosuram respicere, et fidem in eum constantissime
retinere.

L I B E R V.

COPIOSSISSIME & elegantiſſime descri= Cap. 9.
bit deinceps apostolus quintum domini miracu= D
lum ſive beneficium cæco cuidam nato præſtitum. Quo Christus
dominus Iesu ceu uiuo facto id confirmat atq; declarat,
quod modo proposuerat toti populo in templo, ſe uide=
delicet eſſe lucem mundi, qui uenerit illuminaturus &
uiuificaturus omnes credentes. Nunc enim cæcum na=
tum illuminans, ipſa re manifeſte ſignificat atq; com=
probat, ſe illuminatorem eſſe. Imò ſub finem historiæ hoc
factum ſuum quām latiſſime ad omnes extendens ho=
mines, ſubdit, In iudicium ego in hunc mundum ueni, ut
qui non uident uideant, & qui uident cæci ſiant: qui
ueluti ſtatus eſt ad quem totam referamus historiam:
Interea ueluti in ſcena quadam proponitur ſpectanda
acris concertatio piorum ac impiorū, propter religio=
nis negotium ac confeſſionis euangelicæ ueritatem. De=
pinguntur mores & ingenia, non modo hostium uerbi
dei, ſed & simplicium Christianorū, quorum officium,

E V A N G E L I V M

liberae confessio & fidei incrementa hic describuntur.
Proinde uidebis eum in uiua quadam pictura impiorum
consilia et conatus quibus ueritate insectantur, tenebris
iuoluunt & opprimere nitumur. Videbis miram ha-
friciem, iram & inuidiam implicabilem & saevitiam plane
extremam. Videbis rursus fidelium simplicitatem, syn-
ceritatem, patientiam, constantiam, & in omnibus ui-
tricem ueritatem, quae sedendo semper uincit.

Cap. 10.

Christus bo-
nus est pa-
stor.

Post hæc grauiter accusat cæcos ac perfidos populi
Iudaici pastores: simul autem indicat se uerum illum esse
pastorē qui morte sua gregem uiuificet, sua potentia &
cura ab omnibus malis redimat salubriq; reficiat pabu-
lo. Nihilominus præfert in his exemplum optimi pasto-
ris omnibus fidelibus pastoribus, erudiēs quid ipsos de-
ceat, & quod sit eorum officium: præcipue tamen in-
culcat id, quod nullibi non solet urgere, se esse saluato-
rem mundi, qui sua morte credentes uiuificet. Cæterum
exoritur propter hanc doctrinam noua turba nouaq;
dissensio, alijs quidē constanter propositam calumnian-
tibus ueritatē, alijs uero eandē nihil segnius tuentibus
ac defendantibus. In Encenīs proponūt domino adver-
sarij quæstionē unde nouā caperent calumniandi ansam.
Quærunt: An sit Christus benedictus ille dei maximus
filius, id est Messias? & si sit, palam, diserte & luculen-
ter id profiteatur. Profitetur ergo dominus Iesus, &

103

non modo profitetur, sed comprobatur etiam quod sit Christus benedictus ille, benedicti dei filius. Quia professio isti irritati magis quam instructi, lapidibus Iesum ceterum blasphemum obruere uolunt. Hic uero amice cum illis expositulans ostendit se reuera esse dei filium, neque in maiestatem patris peccasse quicquam. Verum cum apud crassos inflexibles & cacos aduersarios nullae ualerent rationes, denuo relicts illis & transmisso Iordanem, rediit ad eum locum ubi Ioannes primum coepit baptizare. Reperit ibi oues obsequentes non paucas. Nam multi illuc crediderant in Iesum.

LIBER VI.

HA C T E N V S magna & diuina audiuimus, Lazarus resuscitatio. sequentur porro maiora propemodum ac diuiniora, ante omnia resuscitatio per Christum Lazari iam quatriduo in sepulchro positi & foetentis. Appetebat ultima Christi domini dies, quo se pro salute hominum deo patri in odorem bona fragantiæ offerret. At quo Cap. 11. proprius ad mortem peruenitur, hoc illustrius depromit se uis & fructus mortis dominicae. Certè sexto hoc ultimo signo siue miraculo suo demonstrat dominus manifestissime se uitam esse totius mundi, qui quanquam in cruce moriatur, credentium tamen animas in morte servare, et mortuos excitare possit. Hoc autem cum carin